



sibi in posterum profuturum fausto omne excipiatur. Ego sane de felici rerum Tuarum successu prospera quaevis auguror, nec vanum me esse augurem facile praeuideo certo confisus fore, ut quam alacritatem in literariis ostendisti studiis, eam et in foro rebusque agendis explicaturus sis. Honorem, industria et doctrina apud omnes bonos Tibi partum, Supremus rerum Moderator nouis indies accessionibus augeat, Teque uberrimum laborum Tuorum fructum capere iubeat, ita fiet, ut praemia, quae industria Tua meretur, quantocius gratulari Tibi queamus dulcissimos. Quod reliquum est, quantum in me erit, omni amoris et amicitiae genere absentem quoque prosequi non intermittam, ut vero Tua vicissim in me benevolentia perpetua sit, enixe rogo. Dab. Lips. III. Nonar. April. c Ios Iccc XLV.



Coll. dsc. A. 284, msc. 16